



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Conradi Episcopi Constantiensis: Ex addit. ad Petrum episcopum Equilinu[m]. Migravit ex humanis anno Dom. 976. Numeratur 30. eius sedis Episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

VITA S. CONRADI EPISCOPI CONSTANTIENSIS: Ex addit. ad Petrum episcopum Equilini. Migravit ex humanis anno Dom. 976. Numeratur 30. eius sedis Episcopus.

S Conradus genere Alemannus, parentibus simul & virtutibus nobilis, primò à Notingo Constantiensi episcopo causarum auditor: episcopatu præfectus: ac deinde etiam maiori Ecclesiæ præpositus est Vbi cum in magna perfectione se dudum gessisset, tandem defuncto Notingo, à sãcto Vdalrico, post indicium triduanum ieiunium, Constantiensis episcopus quamvis renitens cõstituitur: vbi tres insigni opere erexit Ecclesias: in quarum una videlicet beati Mauricij, sepulchrum Domini Hierosolymitano illi simillimum extruicuravit: nec non & Dei genitricis templum preciosis reliquijs decoravit. Ter, deuotione impulsus, sepulchrum Domini Hierusalem visitauit. Sed enim contigit die quodam Paschæ peracta consecratione araneam in calicem delabi quam vir sanctus (ad euitandam fortè cõfusionem & scandalum) fiducialiter deglutiuit; quæ & postea, non sinè miraculo, ipso ad mensam expectante, omnibus videntibus ex ore eius exiuit. Porrò & Gebbarado adolescenti, post Gamelonium sibi successurum in episcopalem sedem prædixit: quod & ita euenit. Et sic demùm plenus operibus bonis diem in Domino clausit extremum; multis post mortem miraculis clarus.

26. Nouẽ.

Fit præpositus maioris ecclesiæ.

Fit episcopus & tres edificat ecclesias.

Ter visitauit sepulchrum Domini.

Claruit spiritu prophætia.

Obit feliciter.

VITA